



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Q. 1. An & quale peccatum est desiderium operis seu objecti mali?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

hensa tanquam jucunda placet, & grata, atque accepta habetur.

Q. I. An, & quale peccatum est desiderium operis, seu objecti mali?

Resp. Quodlibet desiderium rei, vel actionis malæ, etiam inefficax, illicitum est, utpote prohibitum præcepto, *non concupisces*, juxta sensum Ecclesiæ; & habet malitiam mortalem, vel venialem, ac eandem speciem, quam habet res, vel actio, in quam fertur. *Ita omnes.* Constat, 1. ex Prov. 15. *abominatio Domini cogitationes mala.* & Psal. 10, *qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* & Ose. 9. *facti sunt abominabiles, sicut ea, qua dilexerunt.* quòd indefinitè, ac generatim dictum intelligi debet de omni affectu etiam inefficaci, cum hic etiam tendat in objectum suum. 2. Quia turpe, ac inhonestum est velle, & desiderare quovis modo aliquid turpe, ac illicitum. Item omnis affectus persecutivus circa aliquid graviter malum, graviter disconvenit naturæ rationali, & legi divinæ prohibenti tale objectum; sumitque malitiam, ac speciem ab objecto malo, ratione cujus opponitur rectæ rationi, & legi: objectum autem voluntatis est id omne, in quod ipsa fertur. Et verò ad mortale non requiritur consensus efficax in opus: alioqui ap-
pro-

probans crimen alterius, sine voluntate illud patrandi, non peccaret mortaliter, contra illud ad Rom. 1. *Digni sunt morte, non solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.*

Hinc desiderium, licet inefficax, occidendi, fornicandi, &c. est peccatum mortale injustitiæ, luxuriæ, &c. Desiderium verò leviter nocendi proximo est veniale. Nam omnis actus internus sumit malitiam, & speciem ab actu externo tanquam ab objecto.

Q. 2. *An actus externus auget malitiam actus interni?*

Resp. Actus externus per se non auget bonitatem, vel malitiam formalem, seu imputabilem actus interni, seu volitionis efficaciæ, qua scilicet fit id omne, quod est in potestate voluntatis. *Est communis.* Prob. 1. ex Gen. 22. *Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti Filio tuo Unigenito propter me, benedicam tibi, &c.* Et Mat. 5. *Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus eam in corde suo.* ubi voluntas sola pro facto reputatur. 2. Ex S. August. in Psal. 57. *Quidquid vis, & non potes, factum Deus computat.* & l. 1. de Liber. Arbit. c. 3. *Si cui etiam non contingat facultas concumbendi cum conjugē aliena, planum tamen*

R 5

ali-